se de Omnibus bonis cum Successoribus Suis Memoratum tenutarium suum et eius posteros ocius Commissorum ab Omni impedimento vindico quarumvis personarum propinquarum et consortarum per totum tempus tenutae eiusmodi tueri defendere evincere tenetur per se et per submissas personas non inquietare sub vadio simili aliarum Quatuordecim separatarum Marcarum. Et Coram Officio praesenti Castrensi Branscensi in primo Citationis Termino peremptoria respondere Omnibus Controversiis exceptionibus allegationibus evasionibus dillationibus quibusvis Solutionibus appellationibus ac earum prosequutionibus aliisque in Universum iuris remediis et defensis Legalibusque impedimentis etiam de iure concessis tibus se et suos Successores ab abscribendo et abrenunciando sub amissione suae personarum successorum totius et integrae causae.

Actum in Curia Regia Branscensi feria Quinta in Crastino festi Sanctorum Omnium Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo.

Titulo Buchteny Donationem Vide in Proc[...]

Hryniewicki Testamenti Approbatio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Branscensibus personaliter comparens Generosus Benedictus Hryniewicki olim Generosi Hiacinthi filius in Buchty ... sanus mente et corpore existens palam publice ac libere verbisque perexpressis recognovit. Quia ipse testamentum Ultimae Voluntatis suae de data in Buchty Ultima Octobris anno praesenti confectum Manibus suis et Generosorum Joannis Dalinski Joannis Tolatycki atque Helias Poniatowski amicorum suorum subscriptis in Omnibus eiusdem testamenti punctis clausulis et conditionibus approbat confirmat et ratificat illudque pro rato et grato per Successores suos tenendum et observandum declarat Hac sua personali [...]tione in Comissis mediante.

[...]ablowski Quietatio

[...] officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Branscensibus personali[ter]